





B 1773 vac. 1772 537 12

DE
PRIVILEGIO DOTIS SPONSAE
COMPETENTE
DISSERIT

SIMVL QVE
VIRO ILLVSTRI
MAGNIFICO CONSVLTISSIMO
IOANNI CONRADO
FEVERLEIN
ICTO ET CONSILIARIO NORIMBERGENSI PRIMARIO
PATRI SVO
SVMMO PIETATIS CVLTV PROSEQVENDO
SVSCEPTVM GRAVISSIMVM MVNVS
PRO-CANCELLARII
INCLITAE ACADEMIAE ALTORFINAE
ANNEXAM QVE DIGNITATEM
COMITIS SACRI PALATII LATERANENSIS
AVLAE QVE CAESAREAE ET IMPE-
RIALIS CONSISTORII

PIE OBSERVANTER QVE GRATVLATVR
PAVLLVS IACOBVS FEVERLEIN
NORIMBERGENSIS
IVR' STVD' ET SOC' LAT' ALTORF' ADSRIPTVS

AD D' XXX' MART' A' AE' CHR' CIOIOCCCLXXII

HELMSTADII
LITTERIS MICHAELIS GVNTHERI LEVCKART

FRIVILICIOSA DE HIS SPONSAB
ILLVSAI M...
CO...
VIRO

IOANNI CARO

MAONITIO...
IOANNI CARO

SYNDICAT...
SYNDICAT...

INSTITAE ACADEMIAE ALIORUM
ANNEXAE V...
COMITIS SACR...
AVAR...
RIALIS...
PALATIS...
REIN...
REIN...
REIN...

REIN...
REIN...
REIN...

REIN...
REIN...
REIN...

REIN...
REIN...
REIN...



VIRO
ILLVSTRI MAGNIFICO
CONSVLTISSIMO
IOANNI CONRADO
FEVERLEIN

ICTO ET CONSILIARIO NORIMBERGENSI PRIMARIO
INCLITAE ACADEMIAE ALTORFINAE PRO-CAN-
CELLARIO SACRI PALATII LATERANENSIS
AVLAE QVE CAESAREAE ET IMPERIALIS
CONSISTORII COMITI

P A T R I S V O
S A N C T A M E N T I S P I E T A T E
O B S E R V A N D O




S P D

PAVLLVS IACOBVS FEVERLEIN









*C*apis igitur, VIR MAGNIFICE ET CONSUL-
TISSIME, amplissimum grauissimumque, quem
splendidissimo S. R. I. L. Reipublicae Norim-
bergensis Senatorio Ordini in TE conferre placuit, inclitae acade-
miae Altorfinae Pro-Cancellarii honorem. Capis, quod laetantur
omnes, eundem, tamquam uirtutis TVAE ac meritorum in Norim-
bergensem Rempublicam excellentium testem locupletissimum. Capis,
PATER VENERANDE, munus grauissimum, ad quod plus splen-
doris TE allaturum confidunt Patriae Patres, quam TE ab eo-
dem accepisse. Profecto optimus quisque ciuium, qui indefessum stu-
dium, quod in omnibus ac singulis officii TVI partibus rite imple-
dis nullo non tempore collocasti, intelligit, et bono sinceroque in
Patriam affectus est animo, non potest non magna propterea laetitia
perfundi, quod grauissimam Pro-Cancellarii spartam ei commissam
uidet, cuius ardens in inclitam Rempublicam Norimbergensem, ae-
que ac in almam academiam Altorfinam, studium spectatum iam pri-
dem exploratumque habet. Iam audire uideor laetas, quibus omnia
personant, uoces, et faustas illas acclamationes, quibus amici TVI
laetabundi nouis, iisque amplissimis, honoribus maeratum TE pro-
sequuntur, atque Altorfinae academiae gratulantur nouam istam or-
namentis eius factam accessionem. Neque uero ipse ego continere me
possum,

possum, quin illorum laetitiae socium me publice iam profitear, licet
 tantam esse intelligam uel ingenii mei tenuitatem, uel gaudii, quo
 mens mea perfunditur, magnitudinem, ut, quae sentit animus, ex-
 primere uerbis uix queam. O! quam uellem, laetitiam, quae me
 iam totum cepit, tam uiuis coloribus depingere TIBI ualerem, ut
 inde luculentissimum obseruantiae meae, pietatisque TIBI plane de-
 uotae, petere posses documentum! Quis enim est, cui magis, quam
 mihi, conueniat, de splendida, qua ornatus es, dignitate TIBI gra-
 tulari, simulque feruidissimas pro salute TVAE preces ad supremum
 Numen fundere? TIBI, PATER SVMMOPERE VENERAN-
 DE, maximas debeo habeoque gratias de tot tantisque, quibus nul-
 lo non tempore me cumulasti, singularis TVAE in me beneuolentiae
 documentis, quorum semper in animo haerebit grata nec unquam
 euellenda memoria. Non solum enim, in patria urbe dum commora-
 bar, pro salute mea paterno animo excubuisi, uerum etiam, in al-
 mam Altorfinam academiam quum tenderem, adeo consuluisi ratio-
 nibus meis, ut, quod laetor, uti possem Celeberrimorum Doctissimo-
 rumque Virorum institutione, quin etiam consuetudine arctiori, quae
 dici uix potest quantum ad fructum meum redundauerit. Hinc fa-
 ctum, ut uti mihi liceret aedibus, conuictu, et, quod maximum est,
 nec unquam obliuioni a me tradendum, interiore amicitia Celeberrimi
 WILLII, quem Virum per biennium, quod Altorfi transegi, Prae-
 ceptorem dexterrimum, Fautorem beneuolum, Cognatum Amicumque



Summo cultu dignissimum sum expertus. Hinc factum, ut, litteris elegantioribus operam nauans, Celeberrimum NAGELIVM, quem tempore hoc fasces academicos tertio habere maxima cum uoluptate audiui, et, quum ad iurisprudentiae studia incumberem, Viros Excellentissimos et Consultissimos, SPIESIVM et HOFFERVm, Cognatos meos ad cineres usque colendos, non modo Praeceptores grauissimos, sed Fautores etiam Amicosque longe humanissimos haberem. Hinc factum denique, ut me mitteres in almam hanc Iuliam Carolinam, sedem praestantissimorum Doctorum artiumque celeberrimam, ubi tam felici mihi esse licet, ut et aedes Illustris HAEBERLINI inhabitare, et uberrimos fructus capere queam ex acroasibus et multifaria doctrina summi huius Viri, pariter ac Celeberrimorum et Consultissimorum Virorum, EISENHARTI, FRICKII, PAELIKII, Fautorum quouis honoris cultu prosequendorum, quibus me ad absolueda iuris uniuersi capita commisi. Quid suauius igitur, quid iucundius esse potest, quam tali studiorum moderatore, qualem TE, PARENS SVMME VENERANDE, expertus sum, studia prosequi? Quid magis ad pietatem gratumque animum declarandum stimulos mihi addere potest, quam tanta tamque indefessa cura pro salute mea felicitateque? Fortunet itaque TIBI summus ille rerum humanarum arbiter amplissimos istos honores, largiatur nouam uirium accessionem, faxitque, ut ad exemplum PHILIPPI CAMERARII, primi Altorsui Pro-Cancellarii, qui spartam hanc per
quadra-

quadraginta duo annos sustinuit, sospes incolumisque munus, quo ornatus es, splendidissimum administrare queas. Vtinam hic felicitati TVAE quasi cumulus accederet, ut obtingeret TIBI eadem aliquando fortuna, qua duo e nostra familia, Abauus scilicet meus, CONRADVS FEVERLEIN, aedis D. Sebaldi totiusque Ministerii sacri Norimbergensis Antistes ac Reipublicae Bibliothecarius, et Proauus ex fratre nepos, IACOBVS GVILIELMVS FEVERLEIN, quondam Magnae Britanniae Regis a Consiliis Senatus Ecclesiastici et in academia Georgia Augusta SS. Theologiae P. P. O. pridem gauisi sunt. Quippe hi uiri tantam experti sunt diuinae erga se clementiae magnitudinem, ut propter transactos feliciter quinquagenos annos muneris, alter sacri, alter academici, obire sollemnia potuerint. Conseruet TE, PATER PIE COLENDE, factum tandemque DEVS T. O. M. atque in TE, tot meritis celebrato, tot uirtutibus insigni, quam diutissime stare et florere iubeat illustre gratiae suae monumentum. Faxit, ut omnibus, quaecumque uitam TIBI iucundiores reddere, honores, quos praeclaris meritis TIBI peperisti, amplificare possunt, quaecumque denique in felicitatis honore ponuntur, uberrime cumulatus attingas extremos, quoad id mortalium fert conditio, uitae humanae limites. Prosperet labores grauissimos, qui pro Reipublicae Norimbergensis almaeque Altorfinae academiae commodis TIBI suscipiendi erunt, successu felicissimo, et, quaecumque agis, ita cedere iubeat, ut inde Respublica non modo,
sed



sed TV Ipse etiam fructus capias exoptatissimos. Mihi denique opto, ut TE, PATER OPTIME, studia mea moderante, is euadam, qualem me esse oportet, si neque tanta TVA in me benevolentia indignum me gerere, atque spem TVAM de me conceptam fallere, neque Patriae aliquando nihil emolumenti asserre uolo, atque ut in Patriam olim redux saluum TE incolumemque una cum carissima MATRE omnibusque necessariis meis uideam

Ceterum abs TE, PARENS AETERNVM COLENDE, obseruanter peto, ut in posterum quoque me amplectaris paterno TVO, quem huc usque adeo prolixum expertus sum, fauore, cuius exoptatissimum edes documentum, si placida serenaque fronte has legeris litteras, tamquam summae meae erga TE obseruantiae amorisque haud fucati interpretes. Singulari enim, quam nunquam non expertus sum, TVA in me benevolentia confusus, specimen quoddam academicum edere, epistolaeque huic gratulatoriae annexere haud dubitavi. Hoc unicum TE, SVMME VENERANDE PATER, et uos omnes, quorum in manus forte hae ueniant plagulae, rogatos cupio, ut ne me ex eo, quod scripsi, sed ex pio illo, qui me ad scribendum impulit, affectu iudicare uelitis. Vale, PATER PIE OBSERVANDE, mihique fauere


perge

DE



DE
PRIVILEGIO DOTIS SPONSAE
COMPETENTE

§. I

 Diuerfa esse sponfarum ac coniugum iura, extra omnem dubitationis aleam positum est. Si enim contigerit, ut prius ad tumulum quam ad lectum genialem sponfus deducatur, sponsa non consequitur ea, quae superstiti e matrimonio deferri solent. Nec sponso sponsam succedere ex edicto unde uir et uxor, docent iureconfulti, quorum centonibus constat pandectarum corpus. Quid? quod nostris moribus, sponsalibus celebratis, nec introducitur bonorum communio, nec sponfus superstes percipit quippiam ex iis, quae pactis dotalibus

B

funt



funt promiffa. Diffiteri interim non poffumus, fponfam toties pro uxore habendam effe, quoties eadem deprehenditur fponfaliorum ac matrimonii ratio. Aut fallor, aut par procul dubio eft ratio, fiue nuptiarum prohibitiones intuearis; fiue confideres fidei matrimonialis uiolationem; fiue liberos e defponfatis natos cogites; fiue fpectes adfectum praefumtum. Hinc fponfa fidem uiolans, non fecus ac adultera puniendaeft a). Nam

Quis tibi permiffi noftras decerpere melfes?

Ad fpec alterius quis tibi fecit iter?

Ille finus meus eft: mea turpiter ofcula fumis:

A mihi promiffio corpore tolle manus.

Improbe, tolle manus. Quam tangis, noftra futura eft:

Post modo fi facias iftud, adulter eris.


Hinc indulgetur fponfo, ut, fi quando fponfa populi farcafms exagitetur, illatam ulciscatur iniuriam b). Hinc etiam, licet nulla fponfum maneat taedae praemia, detrito uirginis flore ac fponfa ante matrimonium uterum gerente, tamen liberi e tali congressu nati, moribus faltim noftris, iura legitimorum nancifcuntur. Hinc tandem deteges rationem, quare fponfi testimonium pro fponfa datum uacillare dicatur c).

Quaeri

a) L. 13. §. 3. D. ad Leg. Iul. de adulter.

b) L. 15. §. 24. D. de iniur.

c) Vid. illuftris EISENHARTI, praeceptoris mei aeternum uenerandi,




Quaeri solet, utrum dotis a sponsa illatae eadem, quae dotis uxorum, sit ratio, et proinde, sponsalibus celebratis, sponsa ratione dotis eodem gaudeat privilegio, quo gaudere scimus uxorem legitimam. Quae mihi hac de re sit mens, exponam breuiter, studiis nimirum impediens, quo minus longiorem chartis tradam tractationem

§. II

Quamuis eam esse iuris singularis indolem probe sciam, ut istae tantum personae tali iure uti queant, quibus id concesserunt legumlatores; et quamuis illa beneficia, quibus uxorum dotes ornatas nouimus, e iure singulari fluant: nihilominus tamen asserere nullus erubescit, et sponsam ratione iurium doti indultorum, nuptiis non sequutis, haud deterioris conditionis esse ac uxorem. Vt ita sentiam, me non tam ista ridicula ratio, ob quam IVSTINIANVS dotibus iura eminentiora concessit d), mouet, quam potius ipsa aequitas, quae uult, ut sponsis non secus ac uxoribus succurramus. Scimus insuper, feminas apud Romanos, dote accepta, ab omni successione fuisse exclusas, ne aut opes gentilitiae una cum iis e paterna domo exirent, aut ipsae, quas in uirorum manu esse oportebat, supra modum ditescerent ac

B 2 info-
randi, diss. de nato ex sponsa; et PVENDORFII T. III.
obs. CCXLV

d) L. 12. §. 1. qui pot. in pign.



insolenter se gerent e). Quum ergo dos esset omnis filiarum futura hereditas, sane filia innupta non raro exuta esset bonis paternis, si ipsa, nuptiis non celebratis, nullo gauisa esset priuilegio dotis, quam sub spe futuri matrimonii dederat sponso. Salus ciuitatis exigit, ut dotes uxorū factae conferentur. Eadem quoque ratio obtinet in dote sponсарum. Igitur Imperatores LEO et ANTHEMIVS naturali adducti aequitate rescripserunt f), *licet lex Iulia de uxore tantum loquatur, idem tamen ius de dotali praedio tam de uxore, quam de sponsa obtinere.* Qua uoluntate caesarea nil melius ad stabiliendam meam sententiam potest cogitari. Quum enim sponsa non secus quam uxor eiusdem particeps esse debeat iuris, quod lex Iulia intuitu fundi dotalis introduxerat; euilescit omne dubium, an nomine mulieris sponsa ueniat

§. III

Ait VLPIANVS g): *si sponsa dedit dotem, et nuptiis renunciatum est, tamen si ipsa dotem condicit, tamen aequum est, hanc ad priuilegium admitti, licet nullum matrimonium contractum est.* En sinit iureconsultus nobis feminam, quae sub spe futurarum nuptiarum dederat dotem. Eadem dotem

e) Euoluas praeter PERIZONIUM ad leg. Vocon. p. 134 CAR.
GOTTL. KNORRII diss. de dote fil. locupl. §. 2.

f) L. 5. C. de bonis, quae liber.

g) L. 17. D. de reb. auct. iud.



persequitur uel conditione sine causa, uel conditione ob causam datam, causa non sequuta. VLPIANVS eam nuptiis non celebratis admittit ad priuilegium. Obiiciat forte quispian, non probari meam sententiam ex VLPIANI uerbis, qui uoce *priuilegium* intelligat solummodo *priuilegium personale*. At cum eadem sit aequitas in sponfarum dotibus, quae in mulierum: nihil causae uideo, quare uocula *priuilegium* admittat restrictionem, atque de priuilegio personali potius, quam de tacita hypotheca, qua frui constat mulieres, debeat intelligi. Pergit idem ille iureconsultus: *idem puto dicendum, etiamsi minor duodecim annis in domum quasi uxor deducta sit, licet nondum uxor sit*. Nimirum ut, quod generatim dixerat, illustraret specie quadam: VLPIANVS inquit, quid sit statuendum, si sponsa impubes commoretur in domo sponsi, nec insequantur nuptiae. Hanc sponfam admittendam ad priuilegium ratione dotis consequendae, censet iureconsultus. Et recte censet. Nam quum ab impuberibus sponsalia contrahi nequeant h), istiusque puellae, cuius meminit iureconsultus, sponsalia procul dubio pater pactus sit, quem olim liberos in cunis uagientes desponsare potuisse scimus i): sane plane alienum esset ab aequitate, si illa totam dotem, nuptiis non sequutis, non consequeretur, id quod fa-

B 3

cile

h) L. 14. D. de sponsal.

i) Vid. H. BROUWERVM de iure connub; L. I. c. III.



cile accidere possit, si ipsi demeremus priuilegium, quo alioqui ratione dotis fruuntur uxores legitimae. Nec ipsi obstat commoratio in domo mariti. Namque ob teneram aetatem cessat sollempnior illa in domum mariti deductio k); quo efficitur, ut uxor non sit, licet sit in domum mariti quasi uxor deducta

§. III

Quid? quod mea sententia inde uires accipit, quod HERMOGENIANVS l) scribit: *si sponsa dotem dederit, nec nupsferit, uel minor duodecim annis, ut uxor habeatur: exemplo dotis, conditioni fauoris ratione, priuilegium, quod inter personales actiones uertitur, tribui placuit.* An dubitas, praeeunte iureconsulto, meam amplecti sententiam? Fortasse deterraris ultimis illis uerbis: *quod inter personales actiones uertitur*, atque obiicis, sponsam ratione dotis, ex mente HERMOGENIANI, gaudere iure tantum personali, quum uxoriibus competant iura realia. At, qui forte profers dubium hoc, scias, olim priuilegium, quo ornabatur dos, fuisse tantum personale, realis autem iuris naturam Iustiniano demum aeuo obtinuisse m). Nimirum diuus Imperator qualitatem priuile-

k) De hac deductione uid. GRYPEN *de uxore Rom.* §. 16, et AIRERI *diff. de iure conn. apud Rom.*

l) L. 74. *de iure dot.*

m) L. ult. C. *qui pot. in pign.*



priuilegii immutauit, sed ratione personarum, quae, florentibus iureconsultis, dotis priuilegio gaudebant, quaecumque ante erant constituta, confirmauit. Quae quum ita sint: aut fallor, aut sequitur, ut, quibuscumque personis olim indulgebatur personale priuilegium, eae ad priuilegium dotis, quod IVSTINIANI aetate in reale euasit, admittantur n)

§. V

Me non fugit, SAM' STRYCKIUM o), W' A' LAV-
TERBACHIVM p), B' CARPZOVIUM q), aliosque secus fen-
tire, ac dotis priuilegia, nuptiis non sequitis, sponsae dotem
repetenti, denegare. Scilicet palmarium ipsorum argumen-
tum sic se habet: leges omnes ac singulas, quae feminis re-
spectu dotis hypothecam tacitam indulgeant, solius dotis men-
tionem iniicere, quae fingi sine matrimonio non possit. Ex
his igitur concludunt, priuilegium dotis, quum celebratae non-
dum sint nuptiae, ad sponsam non pertinere. Sed singulae,
ad quas contradicentes prouocant, leges loquuntur de matri-
monio non rite inito, quod debeat propterea dissolui. De
hoc autem iam sermo nobis non est, sed de eo potius casu,
qui euenit, quoties ob deficientes sollempnitates necessarias pro
perfecto

n) Vid. COCCII *ius controu.* L. XX. T. II. Q. 7.

o) VI. mod. tit. *de sac. pign.* §. VIII.

p) coll. *theor. pract.* tit. eod. §. XXV.

q) P. II. *iurispr. for. const.* XXIII. def. V.



perfecto haberi non potest matrimonium. Eo minori igitur iure, contrariam qui fouent sententiam, opponunt mihi leges, de alia prorsus specie agentes; quo maiori aequitate inniti uidimus sententiam iureconfulti, sponsam ad dotis priuilegia, facta licet renunciatione, admitti afferentis

§. VI

Nec minoris ponderis est argumentum, quo ad confirmandam suam sententiam utuntur aduersarii, dicentes scilicet, hypothecas tacitas, legibus deficientibus, haud esse constitutas. Hinc fieri, ut, quum leges taceant, eiusce generis hypotheca etiam sponsae indulgeri non possit. Largior enunciationem priorem, posteriorem nego. Adduxi paullo ante iura, quae sponsis non minus quam uxoribus ratione allatae dotis indulgent priuilegium, quod meo quidem iudicio non excludit ius reale, quo dotes uidimus esse diui IUSTINIANI gratia ornatas. Eiusdem farinae est distinctio, qua quidam usi sunt, cuius uis, si sponsalia de praesenti celebrata sint, sponsam gaudere respectu dotis hypotheca tacita, si de futuro, non gaudere contendunt. Licet enim in iure Romano uariae sint sponsaliorum diuisiones, quae a contrahendi modo ordineque desumuntur, tamen ullum diuisionis in sponsalia de praesenti ac futuro uestigium in tota Romana iurisprudencia uix ac ne uix quidem reperiatur). Repugnante iurisprudencia hanc

sponsa-

t) conf. SCHNEIDEM' ad tit. I. de nupt. et SCHILTERVM *en-*
erit, ad pand. XXXVI. §. I.

sponsaliorum distinctionem iureconsultis obtrusit demum ALEXANDER III, Papa eius nominis s), et, qui eum sequuti sunt, VRBANVS t) et INNOCENTIVS III u). Quae quum ita sint, fatebitur quivis rerum peritior, exfulare allatam distinctionem, quoties nimirum quaestio mouetur, an sponsis ratione illatae dotis, nuptiis non sequutis, hypothecam tacitam indulserit ius Romanum

§. VII

Sunt porro, qui priuilegii dotis extensionem ad sponsas non admittant propterea, quod ea a regulis communis iuris discadat, et tertio cuidam praeiudicet. Innituntur ii uerbis PAVLLI dicentis x): *id quod contra iuris rationem receptum sit, non producendum esse ad consequentias*. Ex ipsa lege antecedente y) illorum argumentum infirmare, etiamsi non essent in promptu aliae rationes, sane haud foret mihi difficile. Quod si enim ad sponsas extendatur dotis priuilegium, utilitatem esse eandem, quis, quaeso, est, qui dubitet? Sed ipsae leges dotis priuilegia etiam sponsis, uti indicaui, concedentes, mihi succurrunt, neque opus est, ut plures proferendo rationes lectorum fatigem patientiam

§. VIII

s) cap. 3. X. de spons.

t) cap. ult. de coniug. leprof.

u) cap. XXI. de spons.

x) L. 14. D. de legibus.

y) L. 13. l. c.




§. VIII

Restat, ut illorum perpendam argumenta, qui ius personale sponſis tribuunt quidem, ſed hypothecam realem ad ſolas mulieres pertinere arbitrantur. Ad nouam hi prouocant IUSTINIANI conſtitutionem z), in qua tantum mulieribus ius reale tacitaeque hypothecae beneficium nominatim indulgetur, licet res dotales uel ex his aliae comparatae non extent. Quod ſi autem ueram, ob quam conſtitutionem iſtam promulgatam eſſe legimus, rationem accuratius inquiramus, facile apparebit, ius illud etiam ſponſis non poſſe non competere a). Etenim allata nouae legis ratio, ut ſcilicet *perpetuae querelae de dotibus deperditis et ab anterioribus creditoribus detentis auertantur*, intuitu ſponſarum, uti demonſtrare ſtuidui, non minus ualet, quam mulierum. Non eſt igitur, quare de ſententiae meae ueritate ipſe dubitem, quum ex argumentis tam ad confirmandam eam, quam ad contrariam reſellendam ſupra allegatis, ſatis patet, theſin a me pertractatam et aequitati rationique, et iuris ciuilibus legibus maxime eſſe conſentaneam, atque ſponſis pariter ac uxoribus ius tacitae hypothecae, matrimonio non ſequuto, dotisque priuilegia competere

z) L. ult. C. qui pot. in pign.

a) uid. MERLINVM de pignoribus et hypoth. L. III. T. II. Qu. LXXI. et WALCHIVM ſylloge controu. iur. p. 24.





Historiae patriae amantibus non plane ingratum futurum spero, si spicilegii loco Pro-Cancellariorum Altorfinorum saeculi huius breuem indicem dabo. Quem enim in manibus habeo, APINI liber a), de Pro-Cancellariis academiae Altorfinae, qui saeculo nostro munus hoc administrarunt, duo tantum recenset,

Dr. CHRISTOPHORVM DE PELLER, natum Norimbergae d. 28 Nou. 1630, ad dignitatem Pro-Cancellarii academiae Altorfinae 1692 prouectum, d. 25 Martii defunctum; et

Dr. GEORGIVM CAROLVM WOELKER, qui d. 5 Aug. 1660 Norimbergae natus est, 1711 spartam Pro-Cancellarii Altorfinae capessuit, et d. 19 Nou. 1723 decessit

C 2

Hos

a) M^s. SIG' IAC' APINI vitae et effigies Pro-Cancellariorum acad. Altorf. Conferri quoque potest Celeberr. WILLII Nürnbergis Gelehrten Lexicon.




Hos autem sequuti sunt:

Dr. IOANNES IACOBVS SILBERRAD,
natus Norimbergae d. 18 Martii 1682. Ab anno 1698 ad
finem usque a. 1703 Altorfii, Lipsiae, et Halae iurisprudentiae
operam dedit. A. 1704 gradum Doctoris nactus, postea-
que in collegium Aduocatorum Norimbergenfium receptus
est. A. 1707 Syndici, a. 1709 Assessoris et Consiliarii iudi-
cii inferioris, anno uero 1711 iudicii ciuitatis forique matri-
monialis, honores cepit. Postero anno conuentuum circuli
Franconici Deputatus designatus est. A. 1715 gradum Con-
siliarii primarii conscendit. A. 1724 sparta Pro-Cancellarii
academiae Altorf. illi commissa est. A. 1726 d. 20 Martii
de uita decessit

Dr. IOANNES CONRADVS HOFMANN,
natus Lauffii d. 11 Februarii 1678. In academiam patriam
1696 profectus est, ubi aequae ac Norlingae Duce D. DO-
NAVERO iurisprudentiam addidicit. Longioribus factis iti-
neribus Altorfii 1705 Licentiam impetrauit. A. 1707 in fo-
rum uenit, annoque sequente Syndici officium suscepit. A.
1709 Assessoris et Consiliarii iudicii inferioris dignitatem ade-
ptus est. A. 1711 Altorfii gradum Doctoris obtinuit. An-
no subsequente Assessoris et Consiliarii iudicii ciuit. forique ma-
trimonialis, a. 1716 Consiliarii primarii, et 1726 Pro-Can-
cellarii academiae Altorfinae dignitatem consequutus est.
Obiit d. 6 Martii 1728.

Dr.



Dr. IOANNES SIGISMVNDVS DE SCHREIBER, natus Woehrdæ d. 24 Aug. 1682. Altorfium se contulit 1700, ubi aequè ac Ienæ iurium præfertim studio nauauit operam. Iena discedens Erlangam profectus est, ibique curam institutionemque duorum Nobilium suscepit. Tunc a Consiliario iudicii caesarei DE KOCH Viennam uocatus, officio paedagogi cohonestatus est, cui ad a. 1707 cum laude praefuit. A. 1710 Reipubl. Norimberg. Syndici, 1711 Doctoris dignitatem consequutus est. Postero anno iudicii inferioris, 1714 iudicii ciuit. forique matrimonialis Assessor et Consiliarius designatus est. A. 1721 ad dignitatem Consiliarii primarii, et 1728 Pro-Cancellarii acad. Altorfinae peruenit. A. 1740 iudicii rerum mercatoriarum et prouocationum iuridicarum Assessor designatus est, et 1745 d. 12 Ian. in uiuis esse desit

Dr. GEORGIUS CHRISTOPHORVS ER-LABECK, natus Norimbergæ d. 21 Martii 1693. In academiam patriam se contulit 1711, ibique iurisprudentiae praecipuam dedit operam, et 1716 d. 24 Sept. Licentiam ad summos in utroque iure honores adspirandi impetrauit. Mense Octobri eiusdem anni Generosissimo HALLERO DE HALLERSTEIN totam paene Germaniam, Belgium, Angliam, Galliam, Heluetiam peragranti, comes fuit, et uariis his itineribus confectis sub finem anni 1718 Norimbergam rediit.



rediit. Postero anno causarum patronus et Reipubl. Norimbergensis Syndicus constitutus, Altorfque pileo doctorali ornatus est. A. 1724 dicasterii inferioris, 1728 iudicii ciuit. forique matrimonialis Assessoris et Consiliiarii, 1744 Consiliiarii primarii, annoque subsequenti Pro-Cancellarii academiae Altorfinae, honores capeffuit. Ab A. 1733 conuentuum circuli Franconici Deputatus Norimbergensis constitutus est, et 1759 d. 24 Martii e uita abiit

Dr. IOANNES PAVLLVS HOETTEL, natus Norimbergae 1703 d. 18 Ian. Almam Salanam 1721 uisitauit, ubi in iurisprudentiae studia quam maxime incubuit, quatuorque annos commoratus est. Tum una cum B. suo fratre, IOANNE GOTTLIBIO, Saxoniam et superiorem et inferiorem lustrauit, et 1725 d. 12 Aug. in patriam reuertit. Non ita multo post Ratisbonam petiit, ibique totum per annum commoratus est. Deinde a. 1727 Viennam se contulit, ubi per septennium in praxi iurium se exercendi occasio ei obtigit exoptatissima. A. 1734 in patriam rediit, et 1737 ad gradum Doctoris Altorfii promotus est. Anno sequente causarum patronus, et 1744 Reipublicae Norimbergensis Syndicus designatus est. A. 1749 Assessoris et Consiliiarii dicasterii inferioris, 1751 iudicii ciuit. forique matrimonialis, et 1757 Consiliiarii primarii, honores accepit. A. 1759 dignitatem Pro-Cancellarii almae Norimbergensis
 corum



corum Vniuersitatis consequutus est, et 1772 d. 2 Febr. fato
functus est

Dr. IOANNES CONRADVS FEVERLEIN,
natus Woehrdæ d. 2 Aug. 1725. In academiam patriam se
contulit 1742, ibique litterarum humaniorum studiis præci-
pua dedit operam. A. 1744 Gottingam et sub finem eius
anni Ienam profectus est, ubi ad quatuor annos in iuris-
prudentiæ studiis uersatus est. A. 1748 in patriam reuertit,
eodemque anno Licentiam ad summos in utroque iure hono-
res adspirandi impetrauit. Anno subsequente Altorfii gradum
Doctõris consequutus, et in ordinem actorum causarum adscri-
ptus est. A. 1751 inclitæ Reipubl. Norimbergensis Syndici,
1753 Assessoris et Consiliarii iudicii inferioris, et 1759 iudi-
cii ciuit. forique matrimonialis, dignitatem obtinuit. A.
1768 Consiliarii primarii, et 1772 d. 29 Febr. Pro-Cancel-
larii almae academiae Altorfinae, honores adeptus est.

Sic praeclarorum meritis ac stirpe Virorum

Iam claudis feriem, mi VENERANDE PATER!

Quam claudis, claudas (iterum opto) tempore longo,

Atque olim laetus luceat ille dies,

Dulcia quo possis, lustris bis quinque peractis,

Gaudia festiuo concelebrare ioco.




Ex uoto uideas Patriam florere, uigere:
 Cum Patria ciuis statque caditque salus.
 Quin, tellus Patria, o dulcissima nostra uoluptas!
 Pro te iam fas est fundere uota pia.
 Quot, misera, et quantis (pia mens meminisse perhorret)
 Quot deplorandis heu! cruciari malis!
 Mox tibi, mox reddant post tristia fata, secunda
 Et Deus, et Patriae sedula cura Patrum.
 Dum fauet ille horum coeptis, conseruat et ipsos,
 Nil erit in uotis amplius usque mihi.
 Sic crescent et opes, et opum tutissimus usus
 Semper erit, stabunt Curia, Tempa, Scholae



X 2396279







B 1773 vac.

1772

537

12

DE
PRIVILEGIO DOTIS SPONSAE
COMPETENTE
DISSERIT

SIMVL QVE
VIRO ILLVSTRI
MAGNIFICO CONSVLTISSIMO
IOANNI CONRADO
FEVERLEIN

ICTO ET CONSILIARIO NORIMBERGENSI PRIMARIO
PATRI SVO

SVMMO PIETATIS CVLTV PROSEQVENDO

SVSCEPTVM GRAVISSIMVM MVNVS

PRO-CANCELLARII

INCLITAE ACADEMIAE ALTORFINAE

ANNEXAM QVE DIGNITATEM

COMITIS SACRI PALATII LATERANENSIS

AVLAE QVE CAESAREAE ET IMPE-

RIALIS CONSISTORII

PIE OBSERVANTER QVE GRATVLATVR

PAVLLVS IACOBVS FEVERLEIN
NORIMBERGENSIS

IVR' STVD' ET SOC' LAT' ALTORF' ADSRIPTVS

AD D' XXX' MART' A' AE' CHR' CIDIJCCCLXXII

HELMSTADII

LITTERIS MICHAELIS GVNTHERI LEVCKART